aliqua conata ueritatem inqui-
rere. Unde quia de patre et filio
et spiritu sancto satis factum est. si qua
sunt alia proferantur. Iudeus Tatter-
atus godolias dixit. Nos de
illo agimus de quo in euangeliis
eorum scribitur. creuisse etate
et sapientia temptatum a dia-
bolo. Post eam predicationem
discipuli sui traditum. tentum.
alapatum. inlusum. flagellatum.
cibatum felle. potatum aceto.
spinis coronatum. expoliatum.
crucifixum. uestimenta eius in
sortem diuisa esse mortuum et
sepultum. Siluester dixit. Haec
omnia predicata esse in prophetis usque
hodie docemus. uoluminibus
continentur. Nam eum nasciturum
ex uirgine. sanctus Esaias hoc ordi-
ne predixit. Ecce uirgo in utero
accipiet et pariet filium. et uo-
cabunt nomen eius emanuel.
Quod uero inter homines conuer-
saturus sit. audi prophetam dicentem.
Hic est deus noster et non estimabitur
alius preter eum. Et ostendit
uiam scientie Iacob puero suo. et Is-
rahel dilecto suo. Post haec in terris
uisus est. et cum hominibus conuer-
satus est. Nam cum temptandus
esset a diabolo et uincere dia-
bolum. spiritus sanctus per Zacchariam prophetam
dicit. Vidi hominem magnum
sacerdotem. et stabat diabolus
a dextris eius et dixit ad eum. Incre-
pet dominus in te satan. et increpet
dominus in te qui elegit Hierusalem.
Nam quod comprehensus esset.
sapientia dei ipse loquitur.

Dixerunt inquit impii compre-
hendamus eum quia inutilis est
nobis. Nam quod a discipulo
tradendus esset dicit psalmo-
graphus. Qui edebat panem meum
ampliauit aduersum me subplan-
tationem. Nam quod spolian-
dus esset. uestes in sorte cederent
predixit sanctus dauid propheta dicens.
Diuiserunt sibi uestimenta mea
et super uestem meam miserunt sortem.
Nam quod a falsis testibus accusan-
dus esset idem propheta predixit.
Quoniam insurrexerunt in me testes
iniqui. et mentita est iniquitas
sibi. Nam quod spinis coronan-
dus esset. predixit sanctus propheta
Hieremias. Ait enim. Spinis
peccatorum circumdedit me populus.
Nam quod esca fellis cibandus
erat. aceto potandus. predixit
sanctus Hieremias dicens. Inlusione
factus sum populo huic. Nam
quod uinculis eorum alligandus
esset. et crucifigendus in ligno
aludens. dicit esdras. Inuenistis
me non sicut patrem qui libera-
uit uos de terra egipti. clamantes
ante tribunal iudicis hu-
miliastis suspensum. suspensum
ligno mortis tradidistis me.
Nam quod sepeliendus esset. sanctus
Hieremias dicit. In sepulcrum
eius. requiescent mortui. Tem-
pore enim quo dominus noster Ihesus Christus
in passionem emisit spiritum. mo-
numenta aperta sunt. et mul-
ta corpora sanctorum resurrexerunt.
Haec si potueris o tu Iudee proba-
re quia non uenit propheta

(c) … Academia de la Historia